



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LXXIII. Confirmatio nonnullorum Statutorum super distributione officiorum
Provinciæ Terræ laboris Ord. Frat. S. Francisci de Observantia
Reformatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

sub Annulo Piscatoris die 5. Septembris 1732.
Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Cardinalis Oliverius.

LXXII.

Confirmantur nonnulla Statuta pro meliori regimine Provincie Granaten. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia.

Dat. die 10.
Sept. 1732.
Pont. An. III.

Petitio.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decreta nonnulla probato Provincie regimine.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Sok, Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod juxta mentem hujus S. Sedis, ac resolutionem novissimi Capituli Generalis ejusdem Ordinis in Civitate Mediolanen. anno 1729, celebrati in Capitulo Provinciali Provincie Granaten, dicti Ordinis habito die 20. Maii 1730, communi consensu Vocalium, nemine que discrepante, inter alia statutum fuit, ut omnes Conventus Provinciae prefatae, nullo excepto, nonnisi Cantu Gregoriano uterentur in divinis Officiis, & Missa Sacrificiis solemniter celebrandis, duoque erigerentur, aut destinarentur Conventus ipsius Provinciae, in quibus Religiosi Studentes post emensem fructuose triennium studii Theologie Moralis Practicæ, sicuti jam ab eadem Sede in Regnis Hispaniarum dispositum, & a Ven. Fratre Archiepiscopo Panormitan. tunc temporis Ministro Generali prædicti Ordinis die 19. Februarii 1727. palam indicatum fuerat; siveque, & non alter iidem Studentes in Provinciali, vel intermedio Capitulo dictæ Provincie, prævio accurato examine, verbi Dei Prædicatores, & Secularium Confessariorum instituti valerent; In unoquoque verò & prædictis duobus Conventibus, hujusmodi studiis definitis, constitui nequiret nisi unus Lector, qui antea per aliquot annos Theologiam Scholasticam publice ac laudabiliter legisset, vel fatem integrum Philosophiae cursum perfecisset; Ac Lectores ejusmodi pro tempore existentes, qui literarias exercitationes præscriptas adimplerent, frui deberent privilegiis & exemptionibus, quibus ipsius Theologia Scholasticae Lectores gaudent, non secus, ac si eamdem Theologiam Scholasticam toto tempore ad id definito legissent. Præterea in Congregatione seu Capitulo Provinciali intermedio supradictæ Provinciae in Civitate Granaten. die 24. mensis Novembris proxime præteriti peracto, omnium itidem Vocalium consensu & suffragio ordinatum fuit, ut unus ejusdem Provinciae Conventus in Seminarium sive Professorium institueretur ac deputaretur, quo Clerici dictæ Provinciae immedio post emissam ab eis regularem professionem irremissibiliter mitterentur, ibique per unum saltem annum permanenter, lingua latine, & cantu Gregoriano præfato operam navaturi; & interim omnia, quæ durante anno probationis observaverant in Claustra, tum privatis cum publicis in communitate exercitiis vacando, eodem modo facere tenerentur; utque Magister Alumnorum dicti Seminarii seu Professorii, qui rite illos docuisset, privilegiis quoque & exemptionibus Magistris Novitiorum Ordinis prædicti attributis poteretur.

S. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præmissa ad majorem Dei Glo-

riam, ac doctrinæ, & regularis disciplinae in Ordine prædicti incrementum tendere dignificantur, Nobis propterea ipse Joannes Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut illa Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communire, perpetuæque eorum observantiae providere de benignitate Apostolica dignaretur. Nos igitur ejusdem Joannis Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliiter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penit. a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latet, si quis quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilibus Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui relationem venerabilis Fratris Nostri Episcopi Ostien. & Viterbini. Sanctæ Romanae Ecclesie prefatae Cardinalis Barberrini nuncupati sibi super præmissis factam, necnon dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis prædicti audierunt, consilio, enunciata statuta & ordinationes auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desper quomodolibet intervenerint, supplemus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregatio Cardinalium.

S. 2. Decernentes, eisdem præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; siveque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, prefatorum Ordinis ac Provincie, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 10. Septembris 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Confirmantur Statuta nonnulla super distributione Officiorum Provincie Terra Laboris Ordinis Fratrum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum.

ANNO
1732.

Auctoritate
Apostolica
confirmatur.

Claustrum.

LXXIII.

CLE.

ANNO
1732.

Dat. die, an-
noque cod.

Exordium.

Statuta.

CLEMENS DUODECIMUS.

245 ANNO

1732.
Clausula.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

PAstorialis officii, quod authore Deo gerimus, cura animum nostrum solicitat, ad ea peculiari paternae charitatis studio statuenda, per quæ Christifidelium, divinis obsequiis sub favevi Religionis iugo emancipatorum, quieti & felici regimini opportunis rationibus salubriter consulatur.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Maria ab Ebora Commisarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat, quod ad sedandas graves molestias, imo scandalosas controversias in Provincia Fratrum Reformatorum dicti Ordinis Terræ Laboris in Regno Neapolis inter Fratres Neapolitanos, adhaerentes, & exteriores, super distributione officiorum, quæ in tres partes ab aliquibus, & ab aliis in duas partes dividi prætenduntur, vigentes, post matutinam considerationem, auditamque super præmissis Fratrum graviorum & peritorum ejusdem Reformationis sententiam, ad occurrentem ejusmodi inordinationibus expedire existimat: Primò, ut Natio Neapolitana deinceps non solum Civitatem Neapolitanam, sed totam illius Dicēcesim complectatur; & semel Provincialatum, incipiendo a proxime futuro Capitulo Provinciali, ac semper duo vota in Definitorio habeat: Secundò, quod omnes alii Religiosi extra dictam Dicēcesim, suppresso nomine adhaerentium, unum corpus exterorum constituant; & per duas vices continuas Provincialatum hujusmodi, & quatuor vota five suffragia in Definitorio, attento quod duas ex tribus partibus ejusdem Provincia componunt, habere debeant: Tertiò, ut Custodis officium etiam per turnum bis ad exteriores, & semel ad Neapolitanos pertineat; ex sexdecim vero Conventibus, quibus dicta Provincia de præsentī constat, decem prædictis exteris, quinque Neapolitanis, & reliquus dispositioni Ministri Provincialis pro tempore existentis attribuantur, ita tamen, ut Conventus Neapolitani pariter per suum turnum respective provideantur.

S. 2. Quare dictus Josephus Maria Commisarius Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Josephi Mariae Commisarii Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ut in posterum supranarrata dispositio fideleret obseruetur, servata tamen semper canonice electionis forma, tenore præsentium statuimus & ordinamus; Mandantes propterea, & distincte precipientes Superiori Generali pro tempore existenti Ordinis hujusmodi, ut predictam dispositionem executioni demandet, & ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari faciat, sub excommunicationis, privationis officiorum, ac vocis actiua & passiva, ac perpetuae inhabilitatis, nec non nullitatis omnium actuum Capitularium, quos contra prædictam dispositionem fieri contigerit, adversus contrafacientes infligen-

dis penis; Ac decernentes, ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros efficiens sortiri & obtinere; ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; sicutque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

J. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; nec non Provincia & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Septembris 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Confirmantur omnia & singula Privilegia & Exemptiones, a Romanis Pontificibus concessa Officialibus Bombardariis seu Libratoribus Tormentorum, eorumque Auxiliatoribus in Arce S. Angeli de Urbe.

LXXIV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. die 15.
Sept. 1732.
Pont. An. III.

Petitio Bom-
bardario-
rum.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officialis Bombardarii seu Libratores Tormentarii, & Arcis nostræ Sancti Angeli de Urbe Auxiliatores, quod ipsi per Chirographum manu Nostra subscriptum, & dilecto filio Magistro Carolo Mariae Sacripante Cameræ nostra Apostolice Thefaurario Generali, dictaque Arcis Praefecto seu Castellano, directum omnia Privilegia & Exemptiones, eis concessa ac competentia: necnon plures etiam a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & a Nobis, dum in minoribus constituti eramus, ac Thefaurarii Generalis dictæ Cameræ munere fungebamus, per sententiam anno MDCCV. latam, aliasque resolutiones ejusdem Cameræ, respetive approbatas, & quibus idem exponentes ratione servitii, quod predictæ Arci præstant, fruuntur, confirmari obtinuerunt, & aliæ, prout in dicto Chirographo uberioris continetur tenoris, qui sequitur, videlicet:

Monsignor Carlo Maria Sacripante Nostro Tesoriere Generale, Castellano della Nostra Fortezza di Castel Sant' Angelo.

Chiro-
phum The-
faurario Ge-
nerali datum.

J. 1. Avendo gli Officiali, Bombardieri, ed Ajutanti della detta nostra Fortezza di Castel Sant' Angelo di questa Città di Roma fatto rappresentare, che sebbene la loro Compagnia in compenso non meno del peso, a cui foggiate, del mantenimento a proprie spese della Cappella di Santa Barbara loro Protettrice esistente nella Chiesa della Trafontina, dove hanno la propria sepoltura, fanno ogni giorno celebrare la Santa Messa, ed ogni anno con nobile apparato e pompa la Festa, e la processione della solenne Festività

Confirman-
tur.